

tantes, et gratiarum actiones Domino facientes. Anno M. CC. vigesimo secundo, mense Iulii. Unde versus:

Exuperans Pisa, superatur marте recisa; nunc quia precepta pia iuris fecit inepta, mortali illi possa maledicere. Nunc quia precepta pia iuris fecit inepta, mortali illi possa maledicere. Abstulit et lesit, male vixit: his tribus hesit (1).

Florentinis vero pignoribus incumbentibus, nichilominus etiam agentibus in personas pisaniorum; venere legati et se culpabiles in pluribus confitentes, petebant tam proprios quam amicos captos absolvi, de restituendis ablatis cautione prestata competenti. Ipsi vero cum non esset opus comuni dividendo vel finium regundorum, dictare iudicium cum eisdem distulerunt, petitionibus legatorum addentes, quod oportebat senenses, pistorienses, vulterrano, collisianos, illos de Sancto Geminiano, et de Santo Miniate, qui de penitentia et angustiis in bello societatem contraxerunt cum eisdem, nequeentes captionis periculum evitare, creditoribus florentinis integre satisfacere. Item quod finem facerent de iniuriis. Post multas tamen ambages consensere legati, licet gravia que petebantur viderentur eisdem; preter quod, cum mandatum non haberent de fine, mandati fines noblebant excedere. Demum constituti sunt sapientes super discernenda debita iusta a florentinis penitus spreta, finis, et solutio facta est a pisani solventibus pro se et omnibus aliis antedictis, libras sexaginta tria milia: pisaniorum, interim captis remanentibus in carceribus. Anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo. (2)

Cum florentini rememorarentur a pistoriensibus in guerra de Summosonti, et in bello cum pisani, et aliis pluribus, offensarum illatarum, proposuerunt ipsos graviter verberare, caput et membra insimul maculando, ut ambo quiescerent castigati. Cum habundarent in sermonibus contendendo de pari, et superaddendo verba incitantia ipsos ad iram, sicut egomet vidi: qui cum inde quadam (sic) responderent litteris rogatoriis, non timuerunt inter cetera scribere: A cane non magno sepe tenetur aper: metrorum non recordantes.

Mitigat indigna, qui profert ore benigna; et medicina levis, mala mitiat ardua quevis.

Cum autem florentini stetissent longo tempore quasi pregnantes, et appropinquaret dies pariendi conceptum, scripserunt pistoriensibus in hunc modum: «A. (2) Dei gratia florentina potestas, nobili viro P. potestati salutem. Caro et spiritus, qui semper invicem adversantur, concordaverunt scribere vobis, ne propositi nostri procedenti tempore inconsulta diceretur incepito; ea que possunt generare quietem et inducere animos ad concordiam. Unde cum erga nos in pluribus vos noverimus incurrisse; contenta quali, (sic) nostra potentia; cum adversantibus nobis, stando anteriores

quali

et annover

(1) Della vittoria ottenuta dai Fiorentini sopra i Pisani al Castel del Bosco, parlano sotto l'anno 1222 il Malaspini cap. CIX, e il Villani, libro VI, cap. 3; ma ne tace Ranieri Sardo nella sua Cronaca Pisana. Il Roncioni come si è detto, la pone sotto l'anno 1219.

(2) Andrea da Perugia, come si ha dal Villani.